



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 13. Monasteriensis & Osnabrugensis Conventus continuatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

Cardinalem pro excusanda sua secessio- Sæc. XVII.
 ne ablegassent, reditum se præstolatu- A. C. 1647.
 ros responderunt: interim vero direptis
 variis oppidis Schweinfurtum versus
 contenderunt, sua obsequia deferentes
 Königsmarchio, qui eos etiam duplici
 stipendio placatos, suis copiis adjun-
 xit: Turrenius vero transmissis Rheno
 arcem Falckensteinianam & Durstei-
 niam subegit, adversa fortuna ibidem
 Cæsareos acrius insectante: Tandem
 vero Electorem Moguntinum compulit,
 ut quinquaginta florenorum millium
 pretio, & Steinheimii ac Hæchstæ ces-
 sione Gallici præsidii vexationem redi-
 mere quæreret, neutrarum partium
 esse permissus.

§. XIII.

*Monasteriensis & Osnabrugensis Con-
 ventus continuatio.*

Variis armorum successus pacis ne- Bougeart
 gotiam in Monasteriensi, & Osn- Hist. bell.
 brugano Conventu quandoque expedi- tric. p. 3.
 tius, mox vero difficiliter reddebat; lib. 7.
 comperta enim Bavari defectione Pro- Mair. acta
 testantes Cæsarem ad quævis eorum pac. Westph.
 postulata condescensurum sperabant, tom. 4. l. 25.
 vociferantes: *aut nunc, aut nunquam,* & seqq.
jecta est alea: habemus opus concatenatum
cum Suecis: in horum armis religionis no-
stræ

Sæc. XVII *stræ conservationem & incrementum quærere*
A. C. 1647 *debemus*: cognita autem Bavari reconciliatione nonnihil mitius agebant: agitata quoque concordia Hispanos inter & Fœderatos Belgii Ordines terreat Gallos, qui tamen suarum partium haud immemores, eo Deputatos inclinabant, ut novum hoc fœdus irritum declararent, nisi prius Gallis plene satisfactum, belloque parta eis tuto asserta essent. Insuper Brandenburgicus Elector magna animi contentione obstabat, ne tota Pomerania Suecis relinqueretur, nisi vicissim Magdeburgensis, Halberstadiensis, Hildesimensis, & Osnabruganus, ac Mindensis Episcopatus unacum Schamburgensi Comitatu Brandenburgicis cederentur: quoniam vero hæc ditioes aliis Principibus jam donatæ aut promissæ fuissent, ex hac ipsa Ecclesiarum nundinatione gravior orta est difficultas, quæ tamen sopita est ea lege, ut Sueci in hanc cessionem non consentirent, nisi ipsis de ducenties mille Imperialibus in compensationem anterioris Pomeraniæ a Cæsareis idonee careretur. Disceptabatur etiam de octavo Electoratu in Palatinam Domum invehendo, quem unacum Palatinatu & Archidapiferi dignitate primoque inter Septemviros loco Galli Bavaro assertum volebant, nec etiam adversabatur Saxo-

Saxoniae Elector, dummodo Bavarus Sæc. XVII. A. C. 1647.
 Palatinis occupata in Palatinatu infe-
 riore redderet: Brandenburgicus vero
 Palatinos plene restitui petebat: Sueci
 quoque pro militiæ suæ officiis Germa-
 niæ præstitis vicies centena Imperia-
 lium millia a Catholicis solvenda po-
 stularunt. Demum Mense Junio Pro-
 testantium Oratores Monasterium sese
 conferebant, ubi de Suecorum, Gallo-
 rumque satisfactione, necnon de am-
 nestia, aliisque causis acriter disce-
 ptatum est.

§. XIV.

*Variae Consultationes circa Religio-
 nis gravamina.*

Nondum Monasterii omnes articuli Adam.
 circa Religionum gravamina erant Adam. ve-
 plene decisi; quocirca ad Protestan- lat. Hist.
 tium petitionem die quarta Januarii Pac. Westph.
 Volmarus, & nona ejusdem Mensis c. 25. §. 7.
 die Trautmansdorffius Cæsaris Legati Et seqq.
 Osnabrugam reversi sunt: accesserant
 pariter Catholici, & Osnabrugensis
 Episcopus, Avallius Franciæ Legatus
 & Fœderati Belgii Oratores, ut suo
 quisque commodo prospiceret, vel
 damnum averteret. Præprimis verò
 Salvius Sueciæ Legatus Protestantium
 nomine scriptum obtulit, in quo peti-
 tum